Laskowski submittit se Oparski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis Albertus Laskowski, mundus a iure et districtu foroque suis propriis quibusvis, et se una cum successoribus bonisque suis omnibus iurisdictioni praesenti castrensi Premisliensi in toto quo ad infrascripta attinet incorporando et subiiciendo, sanus mente et corpore existens publice recognovit. Quia nomine Nobilis Christophori Mastrski de manibus Nobilis Andreae Oparski summam centum florenorum pecuniae, quam summam praedictus Andreas Oparski eidem Christophoro Mastrski coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus feria quinta post festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime praeterita inscripsit et in bonis sortibus villarum Slonsko Oparii et Rapscice assecuravit, idque ad ratione summae septingentorum florenorum pecuniae restantis sollicite recepit et manualiter levavit. Tamen nihilominus et se cum successoribus suis bonisque suis omnibus summam pecuniae ... habitis pro praedicto Mastrski inscribendo, quod praedictus Nobilis Christophorus Mastrski infra decursum sex septimanarum proxime et immediate se sequentium coram officio praesentibusque actis castrensibus Premisliensibus de omni iure suo et inscriptione eadem castrensi Premisliensi sibi per eundem Andream Oparski super summa septingentorum florenorum pecuniae facta, et in bonis sortibus praefatarum villarum Slonsko Oparii et Rapscice assecurata, cum omni iure dominio et proprietate ac cum omnibus eiusdem inscriptionis castrensis Premisliensis conditionibus totoque vinculo et beneficio illius nihil iuris eidem nobili Nicodemo Woiewodzka et successoribus eius cedet et condescendet, omneque ius suum praedictum ex inscriptione praefata super summa capitali septingentorum florenorum pecuniae conveniens in ipsum Woiewodzka et posteros eius perpetue transfundet, sub vadio septingentorum florenorum pecuniae monetae et numeri Polonicalis, casu quo praemissa idem Mastrski vel successores eius non expleverit, quare praedictum Laskowski vel posteros eius ad solvendum eidem Oparski aut successoribus eius succumbendo. Praeterea praedictus Laskowski se cum successoribus suis bonisque suis omnibus inscribit, contentum huius recognitionis submissionis suae ad acta terrestria Premisliensia ad primos vel secundos terminos terrestres Premislienses transferre et transportare sub vadio similiter de septingentis florenorum pecuniae ad solvendum in defectu completionis praemissorum

succumbend. Pro quibus vadio et vadijs ipse Laskowski cum successoribus suis ci-
tatus, obmisso foro suo proprio coram officio presenti castri Premislii in primo
uti peremptorio citationis termino stare parere rudere ac pro vadio pro quo
citatus fuerit satisfacere tenetur et successores tenebuntur. Nullum terminum occasione
premissorum vera vel simplici infirmitatibus actione pro maiori bello
expeditione bellica Juramento Costium ac legalibus quibusvis impedimentis dif-
ferendi ad quietem de presenti inscriptione dilationem non petendi simul et ad eiectorem
poena trium marcarum et tertiae poena vadium et vadia iudicii non evadendi. Motio-
nibus appellationibus earumque prosequutionibus prescriptionibus suspensionibus ac di-
lationibus universis iuris dedique et facti remedijs se cum successoribus suis
abdicando. Nulla obstante prescriptione terrae quod mentis firmatum est.

Rogala tenetur Bistriowski

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus castri Premislien. Nobilis
Thomas Rogala sanus mente et corpore existens, actis et stridibus iuri-
busque suis quibusvis proprijs foroque suo competenti recedendo, et serva-
cum successoribus bonisque suis omnibus iurisdictioni presenti castri Premislii in toto quo
ad actum presentem incorporando et ministerando publice per expressumque
recognovit quia Nobili Petro Bistriowski et successoribus eius sum-
mam trecentorum florenorum pecunie monete et unius poloniae singulum florenum
triginta grossorum poloniae computando idque certi debiti atque mutuate pecunie
tenetur et est debitus, quam summam predictus Rogala inscribit se presenti
sua recognitione cum successoribus super bonis suis omnibus habitis et habendis ei-
dem Petro Bistriowski pro die et festo sancte Lucie virginis nunc
proximum hic in castro Premislien. totaliter et plenarie dare solvere repo-
nendo, sub vadio similis summae aliorum trecentorum florenorum pecunie monete po-
loniae in casu non solutionis vel repositionis eiusdem summae originalis pro pre-
dicto tempore solutioni assignatis per eundem Rogala vel successores
eius ad solvendum eidem Bistriowski aut posteris suis quovis strepitu iuris
succumbendo, et in unam capitalem et essentialem summam habentem ex in-
gentorum florenorum pecunie convertendo. Quod vadium cum summa essentiali mu-
tatum et in unum connexum, in et super summa pecunia ipsi Rogala per
Nobilem Michaelem Chmielewski in bonis ville Stobienicz modo et
forma quatenus inscripta extendetur extendique debet. Preterea
supra memoratus Thomas Rogala se successores suos super bonis suis quibus
in predicta summa pecunia inscribit, eidem Bistriowski et successoribus eius
inscriptionem presentem castri Premislii ex actis castri Premislii extractam
ad acta terrae Premislien. ad primos vel secundos ternos terminos
Premislien. in hac vel meliori verborum forma transportaturum

sub vadio summae originali correspondendo, videlicet trecentorum florenorum pecunie monete
et unius poloniae ad solvendum in defectu completionis premissorum ipso
facto succumbendo. Nihilominus idem Rogala subiunxit se cum successoribus suis sub
eodem vadio Nobilem Zophiam de Goslicze consortem suam ultimam statuere
que statuta tenebitur vel successores eius tenebuntur super inscriptionem presentem de omni
iure suo reformatorio et adiutalicio aliosque quovis ipsa in bonis predictis
mariti sui quomodolibet concernendo consentire, et inscriptionem eandem in toto
et in minima parte approbare ratificare idque circa transporta-
tionem presentis inscriptionis confirmare. Pro qua summa simul cum vadio in-
cum vadioque alio ex quacumque causa succubitur et transgredientis, si se pre-
dictus Thomas Rogala vel successores eius, eidem Petro Bistriowski aut successo-
ribus eius citare permiserit. Extunc coram officio presenti castri Premislii
recedendo actis districtibus iuribusque suis ac foro competenti, seque cum
successoribus et bonis eiusdem iurisdictioni castri Premislii quo ad respondendum
subijciendo in primo uti peremptorio citationis termino stare parere
rudere et pro summa eadem cum vadio iuxta satisfacere ab officio non re-
cedendo tenetur et successores tenebuntur. Nullum terminum occasione premis-
sorum vera vel simplici infirmitate actione pro maiori bellico col-
loquijs gentilibus vel particularibus expeditione gentili bellica iuxta
Costium statutis et constitutionibus quibusvis laudatis et laudandis ser-
vicio militari Reipublicae et sacrae Regiae Maiestati absentia a regno
evocationem de terra et districta minorennitate successoris prorogandi
et excipiendi. Ad quietem mortificationemque presentis inscriptionis. Ad
eiectorem cum minuta quovis dilationem non petendi, poena trium marcarum
et tertiae poena solutionis premissorum non evadendi. Motiones cum ap-
pellationibus nullas faciendi et interponendi nec ad prosequendum easdem
tam iudicem quam partem adcitandi et gentilibus cum suis successoribus
in auxilium contra presentem inscriptionem citationem ex ea emanatam ac deinceps to-
tum processum iuris emergentem, et defectum illorum recipiendi sive et
successorum suorum sub amissione totius causae, omnibus exceptionibus
controversijs prescriptionibus suspensionibus evasionibus ac dilationibus
gentilibus universis iuris universis remedijs se cum successoribus
suis abrenunciando. Nulla prescriptione terrae in premissis obstante

Luthoslawski inscribit se Budek

Coram officio cui presidebat Generosus Vilianus Drohojowski a Drohojow surroga-
tor captus Premislien. Actisque presentibus castri Premislien. personaliter stans et
nervosus Albertus Luthoslawski gladifer terrae et vicesurrogatus capitaneatus
Premislien. Causarumque officij castri Premislien. Judex, sanus mente et